

deinceps in quantum velimus substituere possumus.

175. Et licet nobis vel unum in unius locum substituere pluresve, et contra in plurium locum vel unum vel plures substituere.

179. Liberis nostris inpuberibus quos in potestate habemus, non solum ita ut supra diximus substituere possumus, id est ut si heredes non exstiterint, alius nobis heres sit; sed eo amplius, ut etiamsi heredes nobis exstiterint et adhuc inpuberes mortui fuerint, sit iis aliquis heres: velut hoc modo: „Titius filius meus mihi heres esto, si filius meus mihi heres non erit sive heres erit et prius moriatur quam in suam tutelam venerit, tunc Seius heres esto.“

191. Post haec videamus de legatis. Quae pars juris extra propositam quidem materiam videtur; nam loquitur de his juris figuris, quibus per universitatem res nobis adquiruntur; ...  
(De legatis.) 192. Legatorum itaque genera sunt quattuor; aut enim per vindicationem legamus, aut per damnationem, aut sinendi modo, aut per praeceptionem.

(Ad legem Falcidiam.) 224. Sed quidem licebat totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare nec quicquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis; idque lex XII tabularum permittit videbatur, qua cavetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur his verbis: „UTI LEGASSIT SUAE REI ITA IUS ESTO.“ Quare qui scripti heredes erant, ab hereditate se abstinebant, et idcirco plerique intestati moriebantur.

225. Itaque lata est lex Furia, qua, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mille assibus legatorum nomine mortisve causa capere permissum non est. Sed et haec lex non perfecit quod voluit; ...

226. Ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisve causa capere liceret quam heredes caperent ...

227. Lata est itaque lex Falcidia, quam cautum est, ne plus ei legare liceat quam dodrantem; itaque hoc nunc jure utimur.

(De inutiliter relictis legatis.) 229. Ante heredis institutionem inutiliter legatur, scilicet quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt,

a rozhodniž se ve stu dnech“ atd. Takto můžeme nahrazovat (substituovat) dědice, nakolik chceme.

175. A je nám dovoleno ustanoviti jednoho nebo více náhradníků na místo jednoho dědice a i na místo více dědiců dáti jednoho nebo více náhradníků (substitutů.).

179. Svým nedospělým dětem, které máme v otcovské moci, můžeme ustanoviti náhradníky nejenom způsobem nahoře uvedeným — to je pro případ, že se nestanou dědici, — ale nadto i pro případ, kdy se stanou dědici, ale zemrou v nedospělosti. Ku příkladu takto: „Můj syn Titius budiž mým dědicem: nestane-li se můj syn mým dědicem nebo stane-li se jím a zemře dříve, než dospěje, tu budiž dědicem Seius.“

191. Nyní pojednáme o odkazech. Zdá se, že tato část práva vypadá z naší osnovy, neboť mluvíme o těch zařízeních práva, jimiž nabýváme univerzálně (per universitatem); ...

(Odkazy. Legáty.) 192. Jsou čtyři druhy odkazů: vindikační odkaz, damnační odkaz, odkaz „sinendi modo“ a precepční odkaz.

(K Falcidiovu zákonu.) 224. Kdysi bylo dovoleno vyčerpat celé dědictví odkazy tak, že dědicovi nezbylo nic kromě holého jména dědice. Dovoloval to zákon dvanácti tabulí, který ustanovil, že bude považováno za platné to, jak někdo o svých věcech pořídil na případ smrti: „Jak pořídil o své věci, tak budiž právem.“ Z toho důvodu se ustanovení dědicové zdržovali dědictví, a mnozí pak umírali bez závěti.

225. Byl proto vydán Furiův zákon, podle kterého s výjimkou některých osob nebylo dovoleno ujmouti se na případ smrti z odkazu více než tisíce asů. Ale zákon nedosáhl toho, co chtěl ...

226. A tak byl vydán Vokoniův zákon, jímž bylo stanoveno, že se nedovoluje ujmout se na případ smrti z odkazu něčeho více nad to, čeho se ujmou dědici ...

227. Konečně byl vydán Falcidiův zákon, kterým bylo ustanoveno, že není dovoleno vyčerpat odkazy více než tři čtvrtiny pozůstalosti; a tohoto práva nyní užíváme.

(Odkazy neplatně zanechané.) 229. Před ustanovením dědice (před dědicovou institucí) se neplatně zřizují odkazy, vždyť závěti mají svou

et ob id velut caput et fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio.

238. Incertae personae legatum inutiliter relinquitur. Incerta autem videtur persona quam per incertam opinionem amino suo testator subjicit, velut cum ita legatum sit: „Qui primus ad funus meum venerit, ei heres X milia dato.“ Idem juris est si generaliter omnibus legaverit: „Quicumque ad funus meum venerit.“ In eadem causa est quod ita relinquitur: „Quicumque filio meo in matrimonium filiam suam conlocaverit, ei heres meus X milia dato“ . . .

246. Nunc transeamus ad fideicommissa.

268. Multum autem differunt ea quae per fideicommissum relinquantur, ab his quae directo jure legantur.

269. Nam ecce per fideicommissum etiam ab herede heredis relinqui potest: cum alioquin legatum ita relictum inutile sit.

273. Item codicillis nemo heres institui potest neque exheredari, quamvis testamento confirmati sint . . .

### Commentarius tertius.

1. Intestatorum hereditates ex lege XII tabularum primum ad suos heredes pertinent.

2. Sui autem heredes existimantur liberi qui in potestate morientis fuerunt, veluti filius filiae, nepos neptisve ex filio, . . .

9. Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege XII tabularum ad agnatos.

10. Vocantur autem agnati qui legitima cognatione juncti sunt: legitima autem cognatio est ea quae per virilis sexus personas conjungitur. Itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt, qui etiam consanguinei vocantur, nec requiritur an etiam matrem eandem habuerint . . .

17. Si nullus agnatus sit, eadem lex XII tabularum gentiles ad hereditatem vocat. Qui sint autem gentiles, primo commentario rettulimus; et cum illic admonuerimus totum gentilicium jus in desuetudinem abiisse, supervacuum est hoc quoque loco de eadem re curiosius tractare.

18. Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum hereditates, quod jus quemadmodum strictum fuerit, palam est intellegere.

silu v ustanovení dědice a proto dědická instituce (ustanovení dědice) je hlavou a základnou celé závěti.

238. Nejisté osobě (*persona incerta*) nemůže být platně zanechán odkaz. Nejistou je totiž osoba, o které má zůstavitel ve své mysli nejistou představu, na př. když byl zřízen takovýto odkaz: „Tomu, kdo přijde první na můj pohřeb, dejž, dědici, deset tisíc.“ Totéž platí, když zůstavitel odkázal povšechně všem: „Kdokoli přijde na můj pohřeb.“ Stejně je odkázáno neurčité osobě těmito slovy: „Můj dědic nechť dá deset tisíc komukoli, kdo provdá svou dceru za mého syna.“ . . .

246. Nyní přistoupíme k fideikomissům (k svěřenstvím).

268. Mnoho se liší to, co se zanechává svěřenstvím (fideikomisem), od toho, co se odkazuje přímým právem.

269. Neboť, hle, fideikomisem může být zanecháno i od dědicova dědice, zatím co takový legát by byl neúčinný (neplatný).

273. Nikdo nemůže být ustanoven dědicem ani vyděděn dovětkem (codicilem), i když byl dovětek potvrzen závětí (testamentem) . . .

### Třetí komentář.

1. Dědictví bez závěti náleží podle zákona dvanácti tabulí především těm, kdo jsou svými dědici (*sui heredes*).

2. Za „*sui heredes*“ se pokládají děti, které byly v moci umírajícího, jako syn nebo dcera, vnuk nebo vnučka ze syna, . . .

9. Není-li tu žádný „*suus heres*“, náleží pozůstalost podle téhož zákona dvanácti tabulí, agnátům.

10. Agnáty se nazývají ti, kdo jsou spjati zákonným příbuzenstvím; zákonným je pak příbuzenství zprostředkované osobami mužského pohlaví. A tak z téhož otce narození bratři jsou navzájem sobě agnáty, kteří jsou současně pokrevními příbuznými, při čemž nezáleží na tom, zda mají také touž matku . . .

17. Není-li žádný agnát, volá též zákon dvanácti tabulí k dědictví rodové příslušníky (*gentiles*). Kdo jsou to gentiles, jsme vyložili v prvním komentáři a tamtéž jsme připomněli, že vůbec celé rodové právo (*ius gentilicium*) vyšlo z užívání a je zbytečné o tom blíže jednat.

18. Takto končila dědictví bez závěti podle zákona dvanácti tabulí a je zjevné, že toto právo bylo příliš úzké.

25. Sed hae juris iniquitates edicto praetoris emendatae sunt.

32. Quos autem praetor vocat ad hereditatem, hi heredes ipso quidem jure non fiunt; nam praetor heredes facere non potest; per legem enim tantum vel similem juris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsultum et constitutionem principalem; sed cum eis praetor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur.

33. Adhuc autem etiam alios conplures gradus praetor facit in bonorum possessionibus dandis, dum id agit, ne quis sine successore moriatur . . .

33 b. Aliquando tamen neque emendandi neque impugnandi veteris juris sed magis confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem.

34. Item ab intestato heredes suos et agnatos ad bonorum possessionem vocat . . .

35. Ceterum saepe quibusdam ita datur bonorum possessio, ut is cui data sit non optineat hereditatem; quae bonorum possessio dicitur sine re.

77. Videamus autem et de ea successione quae nobis ex emptione bonorum competit.

78. Bona autem veneunt aut vivorum aut mortuorum: vivorum veluti eorum qui fraudationis causa latitant nec absentes defenduntur; item eorum qui ex lege Julia bonis cedunt; item judicatorum post tempus quod eis partim lege XII tabularum partim edicto praetoris ad expediendam pecuniam tribuitur. Mortuorum bona veneunt veluti eorum quibus certum est neque heredes neque bonorum possessores neque ullum alium justum successorem existere.

88. Nunc transeamus ad obligationes. Quarum summa divisio in duas species diducitur: omnis enim obligatio vel ex contractu nascitur vel ex delicto.

89. Et prius videamus de his quae ex contractu nascuntur. Harum autem quattuor genera sunt: aut enim re contrahitur obligatio aut verbis aut litteris aut consensu.

90. Re contrahitur obligatio velut mutui datione. Mutui autem datio proprie in his fere rebus contingit quae pondere numero mensura constant, qualis est pecunia numerata vinum

25. Ale tyto přikrosti práva byly napraveny pretorem.

32. Ti, které povolává pretor k dědictví, nestávají se dědici už samým právem; neboť pretor nemůže vytvořit dědice; dědicem se totiž někdo stává toliko podle zákona nebo podle podobného právního předpisu, jakým je usnesení senátu a císařská konstituce; avšak ti, kterým pretor poskytne „bonorum possessio“, jsou na místě dědiců.

33. Dosud pretor stanovil mnoho stupňů, dává „bonorum possessio“, vždyť jde o to, aby nikdo nezemřel bez nástupce . . .

33 b. Někdy se přece neposkytuje „bonorum possessio“, aby staré právo bylo doplněno nebo opraveno, ale aby bylo potvrzeno. Těm totiž, kdo byli ustanoveni dědici řádně zřízenou závětí, dává pretor dědické právo podle závěti (*bonorum possessio secundum tabulas*) — volá je k dědictví podle závěti.

34. Pretor povolává rovněž bez závěti ty, kdo jsou „sui heredes“, a agnáty.

35. Ostatně často některým osobám dává „bonorum possessio“ tak, že ten, komu byla dána, nedostane dědictví; toto povolání k dědictví jmenujeme „bonorum possessio sine re“.

77. Podívejme se též na nástupnictví (na sukcesi), které se nám dostává koupí statků.

78. Prodávají se statky živých nebo mrtvých; živých na př. těch, kdo se pro podvod skrývají a jsouce nepřítomni se neobhájí; taktéž těch, kdo postupují statky podle Juliova zákona; rovněž odsouzených, když marně uplynula lhůta, daná zčásti zákonem dvanácti tabulí, zčásti pretorskou vyhláškou k zapravení přisouzené částky peněz. Statky mrtvých se na př. prodávají, když je jisto, že zemřelý nemá ani zákonného dědice ani dědice pretorského ani jakéhokoli jiného nástupce.

88. Nyní přejdeme k závazkům. Nejvyšším jejich dělením je rozdělení na dvě skupiny; veškeré závazky totiž vznikají buď ze smlouvy (*ex contractu*) nebo z bezprávního činu (*ex delicto*).

89. Nejdříve si všimněme těch závazků, které vznikají ze smlouvy (*ex contractu*). Těchto závazků jsou čtyři druhy: neboť se závazek uzavírá věcí (*re*) nebo slovy (*verbis*) anebo písemem (*litteris*) anebo vzájemnou dohodou (*consensu*).

90. Věcí (*re*) se závazek uzavírá na př. při půjčce (*mutuum*). K půjčce dochází při věcech, které se určují vahou, čísly nebo měrou, jako na př. peníze, víno, olej, obilí, kov, stříbro,

oleum frumentum aes argentum aurum. Quas res aut numerando aut metiendo aut pendendo in hoc damus, ut accipientium fiant et quandoque nobis non eadem, sed aliae ejusdem naturae reddantur. Unde etiam mutuum appellatum est, quia quod ita tibi a me datum est, ex meo tutum fit.

92. Verbis obligatio fit ex interrogatione et responsione, veluti: „Dari spondes? Spondeo; dabis? dabo; promittis? promitto; fideipromittis? fideipromitto; fidejubes? fidejubeo; facies? faciam.“

110. Possumus tamen ad id quod stipulamur alium adhibere qui idem stipuletur; quem vulgo adstipulatorem vocamus.

128. Litteris obligatio fit veluti in nominibus transscripticiis. Fit autem nomen transscripticium duplici modo, vel a re in personam vel a persona in personam.

129. A re in personam transcriptio fit, veluti si id quod tu ex emptionis causa aut conductionis aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero.

130. A persona in personam transcriptio fit, veluti si id quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est Titius te delegaverit mihi.

135. Consensu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis.

136. Ideo autem istis modis consensu dicimus obligationes contrahi quia neque verborum neque scripturae ulla proprietas desideratur, sed sufficit eos qui negotium gerunt consensisse. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistulam aut per internuntium: cum alioquin verborum obligatio inter absentes fieri non possit.

137. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet, cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat, et in nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur.

139. Emptio et venditio contrahitur, cum de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit; nam

zlato. Takovéto věci počítáním, měřením nebo vážením tak poskytujeme, aby přešly na ty, kdo je od nás přijímají a kdo nám potom vracejí ne tytéž věci, ale věci téže povahy. Odtud i název „*mutuum*“, ježto ti dávám ze svého tak, abys byl s tím bezpečný, pokud jde o mne.

92. Slovy se uzavírá závazek otázkou a odpovědí: „Slibuješ, že bude dáno? Slibuji. Dáš? Dám. Přislibuješ? Přislibuji. Na čest slibuješ? Slibuji na čest. Na důvěru slibuješ? Slibuji na důvěru. Učiníš? Učiním.“

110. Můžeme přece k tomu, co si dáváme slíbit, přivzít vedlejšího věřitele — to je i jinou osobu, která si dává totéž slíbiti a kterou obecně nazýváme „adstipulátorem“.

128. Písmem (*litteris*) se uzavírá závazek na př. při zrušení staré pohledávky písemným zřízením nové (*nomina transscripticia*). „*Nomen transscripticium*“ vzniká dvojitým způsobem buď zápisem z věci na osobu nebo zápisem z osoby na osobu.

129. „*Transcriptio a re in personam*“ vzniká, když k tvé tíži zapíše jako vydání, co mi dluhuješ z důvodu trhu, nájmu nebo společnosti.

130. „*Transcriptio a persona in personam*“ vzniká, když k tvé tíži zapíše jako vydání, co mi dluhuje Titius, to je Titius mně delegoval tebe.

135. Vzájemnou dohodou (*consensu*) se uzavírají závazky při koupi a prodeji, při nájmu a pronájmu, při společnosti a při příkazu.

136. Mluvíme o tom, že závazky vznikají dohodou, ježto není třeba slov, není potřeba písma, postačuje, že ti, kdo jednají, souhlasí. Proto se tato jednání mohou uzavřít i mezi nepřítomnými, jako dopisem nebo poslem; naproti tomu verbální obligace nemůže vzniknout mezi nepřítomnými.

137. Při těchto závazcích se také jeden druhému zavazuje, že splní, co třeba plniti podle dobré víry (*ex aequo et bono*), zatím co při slovních (*verbálních*) závazcích jeden zavazuje, jiný slibuje, a při zapsaných pohledávkách jeden zápisem vydání zavazuje, druhý se zavazuje.

139. Trhová smlouva (kupní smlouva, koupě a prodej, *emptio venditio*), se uzavírá, když se strany dohodnou o ceně, ačkoli dosud cena ne-

- quod arrae nomine datur, argumentum est emptio-  
nis et venditionis contractae.
140. Pretium autem certum esse debet . . .
141. Item pretium in numerata pecunia consistere  
debet . . .
142. Locatio autem et conductio similibus regu-  
lis constituitur; nisi enim merces certa statuta  
sit, non videtur locatio et conductio contrahi.
148. Societatem coire solemus aut totorum bo-  
norum aut unius alicuius negotii, veluti manci-  
piorum emendorum aut vendendorum.
149. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri  
possit societas, ut quis majorem partem lucretur,  
minorem damni praestet . . .
155. Mandatum consistit, sive nostra gratia man-  
damus sive aliena; itaque sive ut mea negotia ge-  
ras, sive ut alterius, mandaverim, contrahitur  
mandati obligatio et invicem alter alteri tenebi-  
mur in id, quod vel me tibi vel te mihi bona fide  
praestare oportet.
163. Expositis generibus obligationum quae ex  
contractu nascuntur, admonendi sumus adquiri  
nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per  
eas personas quae in nostra potestate manu man-  
cipiove sunt.
164. Per liberos quoque homines et alienos ser-  
vos quos bona fide possidemus, adquiritur nobis  
tantum ex duabus causis, id est si quid ex operis  
suis vel ex re nostra adquirant.
168. Tollitur autem obligatio praecipue solutione  
ejus quod debetur. Unde quaeritur, si quis con-  
sentiente creditore aliud pro alio solverit, utrum  
ipso jure liberetur, quod nostris praeceptoribus  
placuit, an ipso jure maneat obligatus, sed ad-  
versus petentem exceptione doli mali defendi de-  
beat, quod diversae scholae auctoribus visum est.
169. Item per acceptilationem tollitur obligatio.  
Acceptilatio autem est veluti imaginaria solutio;  
quod enim ex verborum obligatione tibi debeam,  
id si velis mihi remittere, poterit sic fieri, ut  
patiaris haec verba me dicere: „Quod ego tibi  
promisi, habesne acceptum?“ et tu respondeas:  
„Habeo“.
173. Est etiam alia species imaginariae solutio-
- byla zaplácena a nebyl dán závdavek, neboť to,  
co se dává pod názvem „závdavek (*arra*)“, je  
důkazem, že kupní smlouva byla uzavřena.
140. Cena musí být při tržové smlouvě urči-  
tá . . .
141. Při tržové smlouvě musí také být cena sta-  
novena v penězích . . .
142. Nájemní smlouva (nájem a pronájem,  
*locatio conductio*) se uzavírá podle po-  
dobných pravidel jako tržová smlouva; není-li  
určitě stanoveno nájemné, nevzniká nájemní  
smlouva.
148. Smlouvu o sdružení (společenskou smlou-  
vu, *societas*) uzavíráme buď pro veškeré jmění  
nebo k nějakému jednomu jednání na př. ke  
koupi nebo k prodeji mancipačních věcí.
149. Velká byla otázka, zda lze vejíti ve společ-  
nost tak, aby někdo bral větší podíl na zisku a  
menší na ztrátě . . .
155. Příkaz (*mandatum*) spočívá v tom, že  
něco přikazujeme ve svém nebo v cizím zájmu;  
tak na př. přikáží, abys vedl mé záležitosti nebo  
záležitosti někoho jiného; tím se uzavírá pří-  
kazní závazek a obě strany jsou navzájem po-  
vinny plnit to, co je třeba splnit v dobré víře  
(*bona fide*).
163. Když jsme si vyložili druhy závazků ze  
smluv (*ex contractu*), připomeňme si, že nabý-  
váme nejenom prostřednictvím sebe samých,  
ale také těmi osobami, které máme v panské a  
v rodinné moci, v manželské moci nebo jakoby  
v majetku (*in potestate, manu mancipiove*).
164. Prostřednictvím svobodných osob nebo ci-  
zích otroků, které držíme v dobré víře, nabý-  
váme toliko ze dvou důvodů — to je tenkrát,  
kdy něco nabývají vlastní prací nebo z naší věci.
168. Závazek se ruší zvláště splněním toho, co  
se dluhuje. Tu vzniká otázka, zda se — jestliže  
dlužník plní za souhlasu věřitele něco jiného, než  
co dluhuje, — už po právu dlužník osvobozuje.  
Tento názor se zamlouval našim učitelům. Růz-  
né školy však hájí mínění, že dlužník zůstává  
po právu zavázán, ale má proti vymáhajícímu  
věřiteli námitku zlého úmyslu (*exceptio doli  
mali*).
169. Závazek také zaniká akceptilací. „*Accepti-  
latio*“ je jakoby obrazné plnění. Jestliže mně to-  
tiž chceš prominouti, co ti dluhuji z verbální  
obligace, může se to státi tak, že strpíš, abych  
řekl: „Co jsem ti slíbil, už máš přijaté?“ a ty  
odpovíš: „Mám.“
173. Kromě toho je jiný způsob obrazného plně-

nis per aes et libram. Quod et ipsum genus certis in causis receptum est, veluti si quid eo nomine debeatur quod per aes et libram gestum sit, sive quid ex iudicati causa debeatur.

176. Praeterea novatione tollitur obligatio; veluti si quod tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim. Nam interventu novae personae nova nascitur obligatio et prima tollitur translata in posteriorem, adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur; veluti si quod mihi debes, a Titio post mortem ejus vel a muliere pupillove sine tutoris auctoritate stipulatus fuero . . .

177. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuler, ita demum novatio fit, si quid in posteria stipulatione novi sit, forte si condicio aut dies aut sponsor adjiciatur aut detrahatur.

180. Tollitur adhuc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit actum. Nam tunc obligatio quidem principalis dissolvitur, incipit autem teneri reus litis contestatione; sed si condemnatus sit, sublata litis contestatione incipit ex causa iudicati teneri. Et hoc est quod apud veteres scriptum est ante litem contestatam dare debitorem oportere, post litem contestatam condemnari oportere, post condemnationem iudicatum facere oportere.

182. Transeamus nunc ad obligationes quae ex delicto nascuntur, veluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, injuriam commiserit; quarum omnium rerum uno genere consistit obligatio, cum ex contractu obligationes in III genera diducantur, sicut supra exposuimus.

183. Furtorum autem genera Ser. Sulpicius et Masurius Sabinus III esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et oblatum; . . .

184. Manifestum furtum quidem id esse dixerunt, quod dum fit apprehenditur . . .

185. Nec manifestum furtum quid sit, ex iis quae diximus intellegitur; nam quod manifestum non est, id nec manifestum est.

186. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiva res quaesita et inventa sit; nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quae appellatur concepti.

ni — „*solutio per aes et libram*“. A tento druh plnění je přijat v určitých záležitostech, jako při dlužích z jednání „*per aes et libram*“ nebo z rozsouzené záležitosti.

176. Mimoto zaniká závazek zřízením nového závazku, novací. Jako na př. to, co ty mně dluhuješ, jsem stipuloval, že mně má dáti Titius. Neboť vstupem nové osoby vzniká nový závazek a starý se zdvíhá, byv přenesen do pozdějšího, a to tak, že — ačkoli je pozdější ústní závazek (*stipulatio*) neúčinný — přece se první závazek zrušil právem novace; jako ku př. když si dám stipulovati to, co mi dluhuješ, od Titia po jeho smrti nebo od ženy nebo od nedospělého dítěte bez poručnickovy účasti . . .

177. Jestliže je to táž osoba, od které si později dám ústně slíbiti (stipulovati), dochází k novaci tak, že v pozdějším závazku je něco nového — *aliquid novi* — ku př. to, že se připojí podmínka nebo čas nebo se připojí nebo odloučí rukojmí (*sponsor*).

180. Závazek se dále ruší zahájením rozepře (litiskontestací). Předpokládá se však, že bylo jednáno v zákonném sporu (*iudicium legitimum*). Tehdy se totiž hlavní obligace ruší, dlužník začíná být zavázaným z litiskontestace; jestliže pak je odsouzen, zaniká zahájená rozepře a dlužník začíná být zavázaným z rozsouzené věci (*ex causa iudicati*). A toto vyjádřili staří spisovatelé takto: před zahájením rozepře má dlužník povinnost „*dare*“, po litiskontestaci „*condemnari*“, po odsouzení „*iudicatum facere*“.

182. Přejdeme nyní k závazkům, které vznikají z bezprávných činů (*ex delicto*), jako příkladem uvedeme, jestliže se někdo dopustí krádeže, loupeže, způsobí bezprávně škodu, způsobí bezprávi — ze všeho toho vzniká jeden druh obligací, nahoře jsme si přece vyložili čtvero druhů závazků.

183. Servius Sulpicius a Masurius Sabinus řekli, že jsou čtyři druhy krádeže: *furtum manifestum, nec manifestum, conceptum, oblatum*; . . .

184. Krádež je — jak řekli — zjevná (*furtum manifestum*), když byla objevena, dokud se dala, . . .

185. *Furtum nec manifestum* — z toho, co jsme si pověděli, vyplývá, že to není krádež, která by byla zjevná.

186. „*Conceptum furtum*“ se nazývá krádež tehdy, když se u někoho za přítomnosti svědků hledá a najde ukradená věc; tu se na tuto osobu podává žaloba — *actio furti concepti* — i když není zlodějem.

187. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit eaque apud te concepta sit; utique si ea mente data tibi fuerit, ut apud te potius quam apud eum qui dederit conciperetur; nam tibi, apud quem concepta est, propria adversum eum qui optulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quae appellatur oblati.
188. Est etiam prohibiti furti actio adversus eum qui furtum quaerere volentem prohibuerit.
189. Poena manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis erat . . .
195. Furtum autem fit non solum cum quis interceptiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis rem alienam invito domino contractat.
196. Itaque si quis re, quae apud eum deposita sit, utatur, furtum committit; . . .
203. Furti autem actio ei competit cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit . . .
209. Qui res alienas rapit, tenetur etiam furti; quis enim magis alienam rem invito domino contractat quam qui vi rapit? . . .
210. Damni iniuriae actio constituitur per legem Aquiliam, cujus primo capite cautum est ut si quis hominem alienum alienamve quadrupedem quae pecudum numero sit injuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.
211. Injuria autem occidere intellegitur, cujus dolo aut culpa id acciderit; . . .
215. Capite secundo adversus adstipulatorem qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res est, tanti actio constituitur.
217. Capite tertio de omni cetero damno cavetur. Itaque si quis servum vel eam quadrupedem quae pecudum numero est vulneraverit, sive eam quadrupedem quae pecudum numero non est, veluti canem, aut feram bestiam, veluti ursum, leonem, vulneraverit vel occiderit, hoc capite actio constituitur . . .
219. Ceterum placuit ita demum ex ista lege actionem esse, si quis corpore suo damnnum dederit; ideoque alio modo damno dato utiles actiones dantur, veluti si quis alienum hominem aut pecudem incluserit et fame necaverit, aut jumentum tam vehementer egerit, ut rumperetur; item si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascenderet vel in puteum descenderet, et is ascendendo aut descendendo ceciderit et aut mortuus fuerit aut alia parte corporis laesus sit; . . .
187. *Oblatum furtum*: když je ti nabídnuta ukradená věc a u tebe je nalezena, jako když ti byla věc dána se záměrem, aby byla nalezena spíše u tebe než u toho, kdo ti ji dal; tobě pak, když u tebe byla krazená věc nalezena, naproti tomu, kdo ti ji podstrčil, i když nebyl zlodějem, se dává žaloba zvaná *actio furti oblati*.
188. A je ještě žaloba „*actio furti prohibiti*“ proti tomu, kdo někomu zabránil zjistit krádež.
189. Podle zákona dvanácti tabulí byl trest na zjevnou krádež (*furtum manifestum*) hrdelní . . .
195. Krádeže se dopouští nejenom ten, kdo cizí věc odejme, aby si ji přisvojil, ale všeobecně i ten, kdo proti vlastníkově vůli nakládá cizí věci, aby se obohatil.
196. A tudíž dopouští se krádeže, kdo užívá věci, která mu byla dána do úschovy; . . .
203. Žaloba z krádeže náleží tomu, kdo má zájem na tom, aby věc byla v pravém stavu, třebas není vlastníkem . . .
209. Kdo uloupí cizí věc, odpovídá také za krádež; kdo totiž více nakládá s cizí věcí proti vlastníkově vůli, než-li ten, kdo ji loupí? . . .
210. „*Damni iniuriae actio*“ se opírá o Akvilijův zákon, v jehož první hlavě bylo stanoveno, že ten, kdo cizího člověka nebo cizího čtvernožce, počítaného mezi dobytek, bezprávně zabije, bude odsouzen dát vlastníku nejvyšší částku, které věc v tom roce dosáhla.
211. Zabítí bezprávně („*iniuria*“) značí zabítí zlovolně (*dolo*) nebo zaviněně (*culpa*) . . .
215. V druhé hlavě Akvilijova zákona se ustanovuje žaloba na tolik, kolik ta věc bude činit, proti adstipulátorovi, který přivodil přijetí peněz, aby stipulátor byl obelstěn.
217. V třetí hlavě Akvilijova zákona se jedná o veškeré ostatní škodě. A tak, když cizího otroka nebo cizího čtvernožce, který nepatří mezi dobytek, jako psa nebo šelmu na př. medvěda, lva, někdo poraní nebo zabije, dává se proti němu žaloba podle této hlavy zákona . . .
219. Ostatně, hájí se názor, že podle tohoto zákona (t. j. podle Akvilijova zákona) vzniká žaloba, jestliže někdo svým tělesným působením způsobil škodu; a tak, byla-li jiným způsobem škoda způsobena, vznikají obdobné žaloby (*actiones utiles*), jako když někdo cizího člověka nebo dobytče zavře a nechá zhynout hladem nebo tažný dobytek k smrti utahá nebo, když někdo přemluví cizího otroka, aby vylezl na strom anebo slezl do studny, a ten při lezení spadne a zabije se nebo se zraní.

223. Poena autem injuriarum ex lege XII tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum aut conlissum trecentorum assium poena erat, si libero os fractum erat; ea si servo, CL; propter ceteras vero injurias XXV assium poena erat constituta, et videbantur illis temporibus in magna paupertate satis idoneae istae pecuniariae poenae.

224. Sed nunc alio jure utimur; permittitur enim nobis a praetore ipsis injuriam aestimare, et iudex vel tanti condemnat quanti nos aestimaverimus, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed cum atrocem injuriam praetor aestimare soleat, . . . iudex . . . plerumque tamen propter ipsius praetoris auctoritatem non audet minuere condemnationem.

225. Atrox autem injuria aestimatur vel ex facto, veluti si quis ab aliquo vulneratus aut verberatus fustibusve caesus fuerit; vel ex loco, veluti si cui in theatro aut in foro injuria facta sit; vel ex persona, veluti si magistratus injuriam passus fuerit vel senatori ab humili persona facta sit injuria.

#### Commentarius quartus.

1. Superest ut de actionibus loquamur. Et si quaeramus quot genera actionum sint, verius videtur duo esse, in rem et in personam; . . .

2. In personam actio est qua agimus cum aliquo qui nobis vel ex contractu vel ex delicto obligatus est, id est cum intendimus „Dare, facere, praestare oportere.“

3. In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut jus aliquod nobis competere, veluti utendi aut utendi fruendi, eundi agendi aquamve ducendi ve altius tollendi prospiciendive; aut cum actio ex diverso adversario est negativa . . .

5. Appellantur autem in rem quidem actiones vindicationes, in personam vero actiones quibus „dari fieri oportere“ intendimus, condictiones.

223. Podle zákona dvanácti tabulí byla trestem na bezpráví (*iniuria*) při zničení údu odvěta; když byla zlomena kost nebo rozbita, byl stanoven trest tří set asů, jestliže byla svobodnému zlomena kost; jestliže otroku, stopadesát asů; pro jiné injurie, trest dvaceti pěti asů; a tyto peněžité pokuty se tenkrát za velké chudoby pokládaly za dosti vhodné.

224. Avšak dnes užíváme jiného práva; pretor nám dovoluje, abychom si sami ocenili bezpráví a soudce odsoudí podle své úvahy na tolik, na kolik jsme škodu ocenili, nebo na méně. Jestliže však pretor dovoluje ocenění při surovém bezpráví, zpravidla se soudce neodvažuje vzhledem k pretorově autoritě snížit odsouzení.

225. „*Atrox iniuria*“ — surové bezpráví — se posuzuje

podle povahy činu, na př. jestliže byl někdo bičován a poraněn nebo kyjem zbit k smrti; nebo

podle místa, jako když byla injurie spáchána v divadle nebo na fóru; nebo

podle osoby, jestliže utrpěl bezpráví magistrát nebo od nízko postavené osoby senátor.

#### Čtvrtý komentář.

1. Zbývá promluvit o žalobách. Ptáme-li se, kolik je druhů žalob, pak je pravdivé, že jsou jich dva druhy, žaloby na věc (věcné žaloby, *actiones in rem*) a osobní žaloby (*actiones in personam*).

2. Osobní žalobou (*actio in personam*) je žaloba, kterou žalujeme někoho, kdo je nám zavázán buď ze smlouvy (*ex contractu*) nebo z bezprávného činu (*ex delicto*) — to je když tvrdíme, že někdo má dáti, učiniti, plniti (*dare, facere, praestare oportere*).

3. Věcná žaloba (*actio in rem*) je tu tehdy, když buď tvrdíme, že tělesná věc je naše nebo že nám náleží nějaké právo, na př. užívání, požívání, právo cesty, právo průhonu, právo vésti vodu, právo výše stavěti nebo právo vyhlídky; nebo když je žaloba proti tomu či onomu odpůrci záporná . . .

5. Věcné žaloby (*actiones in rem*) se nazývají vindikačními žalobami (*vindicationes*), osobní žaloby (*actiones in personam*), kterými uplatňujeme, že se má dáti nebo státi (*dari fieri oportere*), kondikcemi (*condictiones*).



6. Agimus autem interdum ut rem tantum consequamur, interdum ut poenam tantum, alias ut rem et poenam.
7. Rem tantum persequimur velut actionibus quibus ex contractu agimus.
8. Poenam tantum persequimur velut actione furti et injuriarum...; nam ipsius rei et vindictio et conditio nobis competit.
9. Rem vero et poenam persequimur velut ex his causis ex quibus adversus infitiantem in duplum agimus; quod accidit per actionem iudicati, depensi damni iniuriae legis Aquiliae,...
10. Quaedam praeterea sunt actiones quae ad legis actionem exprimentur, quaedam sua vi ac potestate constant. Quod aut manifestum fiat, opus est prius de legis actionibus loquamur.
11. Actiones quas in usu veteres habuerunt, legis actiones appellabantur vel ideo quod legibus proditae erant (quippe tunc edicta praetoris, quibus conplures actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur), vel ideo quia ipsarum legum verbis accomodatae erant et ideo inmutabiles proinde atque leges observabantur; unde eum qui de vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nominaret, responsum est rem perdidisse, cum debuisset arbores nominare eo quod lex XII tabularum, ex qua de vitibus succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur.
12. Lege autem agebatur modis quinque: sacramento, per iudicis postulationem, per condictionem, per manus injectionem, per pignoris captionem.
13. Sacramenti actio generalis erat;...
30. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium venerunt, namque ex nimia subtilitate veterum qui tunc iura condiderunt eo res perducta est, ut vel qui minimum errasset litem perderet. Itaque per legem Aebutiam et duas Julias sublatae sunt istae legis actiones effectumque est, ut per concepta verba, id est per formulas, litigemus.
34. Habemus adhuc alterius generis fictiones in quibusdam formulis, veluti cum is qui ex edicto bonorum possessionem petit ficto se herede agit...
36. Item usucapio fingitur in ea actione quae Publiciana vocatur. Datur haec actio ei qui ex justa causa traditam sibi rem nondum usucepit eamque amissa possessione petit. Nam quia non potest eam „Ex jure Quiritium suam esse“
6. Někdy žalujeme tak, že sledujeme věc, jindy pokutu, jindy zas i věc i pokutu.
7. Toliko věc sledujeme při žalobách ze smluv (*ex contractu*).
8. Jenom pokutu sledujeme na př. při žalobě z krádeže (*actio furti*) a z bezpráví (*actio iniuriarum*)...; neboť nám náleží, pokud jde o věc, jak vindikace, tak kondikce.
9. Věc i pokutu sledujeme na př. v těch záležitostech, ve kterých žalujeme na dvojnásobek toho, kdo zapírá; to se děje při *actio iudicati*, *depensi*, *iniuriae legis Aquiliae*,...
10. Některé žaloby se opírají o legisakci, jiné mají svou vlastní sílu a moc. Aby to bylo srozumitelné, je potřeba nejdříve pojednat o „*legis actiones*“.
11. Žaloby, jichž staří užívali, jmenovaly se „*legis actiones*“. To proto, že byly vytvořeny zákony (poněvadž se tehdy ještě neužívalo pretorských vyhlášek, jimiž byly zavedeny mnohé žaloby), nebo proto, že byly přizpůsobeny slovům samých zákonů a tudíž byly zachovávány nezměnitelně jako zákony; odtud ten, kdo žaloval z toho důvodu, že mu byly pořezány révy a v žalobě uvedl révy — prohrál spor, poněvadž měl uvést stromy, ježto zákon dvanácti tabulí, z něhož náležela žaloba i na pořezané révy, všeobecně mluvil o stromech.
12. Bylo patero legisakcí: *legis actio sacramento*, *legis actio per iudicis postulationem*, *legis actio per condictionem*, *legis actio per manus inijectionem*, *legis actio per pignoris captionem*.
13. Žaloba „*sacramenti actio*“ byla všeobecnou, generální;...
30. Ale všechny tyto legisakce jedna po druhé upadly v nenávisť, poněvadž to pro přílišnou přesnost starých, kteří právo tvořili, tak daleko došlo, že ztratil spor i ten, kdo se dopustil co nejmenší chyby. A tak Aebutiovým zákonem a dvěma zákony Juliovými byly zrušeny ony legisakce a dnes tudíž žalujeme pomocí formulí (*per concepta verba*, *per formulas*).
34. Dneska máme v některých formulích... smyšlené předpoklady (fikce), na př. když se žaluje na základě pretorské vyhlášky o *bonorum possessio* s fikcí, že je žalobce dědicem,...
36. Též vydržení se finguje v žalobě, která se jmenuje publiciánskou žalobou. Tato žaloba se totiž dává tomu, komu byla věc ze spravedlivého důvodu odevzdána a on ji dosud nevydržel a, ztrativ její držbu, žaluje na vrácení držby.

intendere, fingitur rem usucepisse et ita quasi ex jure Quiritium dominus factus esset intendit, veluti hoc modo: „Judex esto. Si quem hominem A. Agerius emit et is ei traditus est, anno possedisset, tum si eum hominem de quo agitur ex jure Quiritium ejus esse oporteret“ et reliqua.

39. Partes autem formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adjudicatio, condemnatio.

40. Demonstratio est ea pars quae principio ideo inseritur, ut demonstretur res de qua agitur: velut haec pars formulae: „Quod A. Agerius N. Negidium hominem vendidit“; item haec: „Quod A. Agerius apud N. Negidium hominem deposuit“.

41. Intentio est ea pars formulae qua actor desiderium suum concludit: velut haec pars formulae: „Si paret N. Negidium A. Agerio sestertium X milia dare oportere“; item haec: „Quidquid paret N. Negidium A. Agerio dare facere oportere“; item haec „Si paret hominem ex jure Quiritium A. Agerii esse“.

42. Adjudicatio est ea pars formulae qua permittitur judici rem alicui ex litigatoribus adjudicare; velut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi dividundo, aut inter vicinos finium regundorum; nam illic ita est: „Quantum adjudicari oportet, judex Titio adjudicato“.

43. Condemnatio est ea pars formulae qua judici condemnandi absolvendive potestas permittitur; velut haec pars formulae: „Judex N. Negidium A. Agerio sestertium X milia condemna. Si non paret, absolve“; item haec: „Judex N. Negidium A. Agerio dumtaxat X milia condemna. Si non paret, absolvito“; item haec: „Judex N. Negidium A. Agerio condemnato“.

45. Sed eas quidem formulas in quibus de jure quaeritur, in jus conceptas vocamus, quales sunt quibus intendimus „Nostrum esse aliquid ex jure Quiritium“ aut „nobis dari oportere“ aut „pro fure damnatum decidi oportere“; sunt et aliae, in quibus juris civilis intentio est.

Jelikož nemůže tvrdit, že je věc podle kviritského práva jeho, předpokládá se smýšleně, že věc vydržel a stal se jakoby vlastníkem z kviritského práva. To tvrdí ku příkladu tímto způsobem: „Budiž soudce. Jestliže nějakého člověka Aulus Agerius koupil a ten mu byl odevzdán a držel jej rok, tu kdyby se tento člověk stal podle kviritského práva jeho vlastnictvím . . .“ atd. 39. Části formulí jsou tyto: demonstrace, intence, adjudikace a kondemnace.

40. Demonstrace (*demonstratio*) je ta část formule, která se dává do jejího čela, aby se popsala záležitost, o kterou běží; na př. tato část formule: „Ježto Aulus Agerius prodal Numeriovi Negidiovi člověka“ nebo: „Ježto Aulus Agerius uschoval u Numeria Negidia člověka.“

41. Intence (*intentio*) je ta část formule, do které žalobce vkládá svou žádost; ku příkladu tato část formule: „Jestliže se zjistí, že Numerius Negidius je povinen dáti Aulu Ageriovi deset tisíc sesterců“ nebo: „Cokoli se zjistí, že je to Numerius Negidius povinen Aulu Ageriovi dáti a učiniti (*dare facere*)“; rovněž: „Jestliže se zjistí, že člověk náleží Aulu Ageriovi podle kviritského práva.“

42. Adjudikace (*adjudicatio*) je ta část formule, kterou se dovoluje soudci přisouditi věc některé ze stran sporu; jako když se žaluje mezi spoludědici na rozdělení rodinných věcí (*actio familiae erciscundae*) nebo mezi společníky na rozdělení společného jmění (*iudicium communi dividundo*) nebo mezi sousedy na úpravu hranic (*iudicium finium regundorum*). V těchto případech se ve formulí praví: „Kolik bude třeba přisouditi, tolik, soudče, Titiovi přisud!“

43. Kondemnace (*condemnatio*) je ta část formule, kterou se soudci poskytuje moc odsouditi nebo osvoboditi, na příklad tato část formule: „Soudce nechť Numeria Negidia Aulu Ageriovi odsoudí na deset tisíc; jestliže se to nezjistí, nechť jej osvobodí“ nebo: „Soudce Numeria Negidia Aulu Ageriovi nechť odsoudí do deseti tisíc; jestliže se to nezjistí, nechť jej osvobodí!“

45. Formule, ve kterých se někdo domáhá práva, označujeme žalobami sestavenými neboli koncipovanými podle práva (*actiones in ius conceptae*); takovými jsou příkladem: „Že je něco naše podle kviritského práva“ nebo, že je nám „dati oportere“ (že na nás má býti převedeno vlastnické právo) nebo že „je pro krádež potřeba rozhodnouti o škodě“; jsou i jiné formule, ve kterých je intence opřena o občanské právo.